protegendū nos dexterā tue
maieſtatis extēde. per. Ep̄la
ad romanos. xij. cap̄lo.
FRatres: Nolite eē pru-
dētes apud voſmetipſos: nul
li malū pro malo reddentes:
prouidētes bona nō tm̄ coraʒ
deo: ſʒ etiā corā oībus hoīb⁹.
Si fieri pōt qđ ex vobis eſt:
cū oībus hoībus pacē hn̄tes:
nō voſmetipſos defendentes
chariſſimi: ſed date locuʒ ire.
Scriptū eſt enim: Mihi vin-
dictā: ⁊ ego retribuā dicit do-
minus Sed ſi eſurierit inimi
cus tuus ciba illū. Si ſitit po
tum da illi: hoc enim faciens
carbones ignis congeres ſup
caput eius. Noli vinci a ma-
lo: ſed vince in bono malum.
Grad. Timebūt gentes nomē
tuū dn̄e: ⁊ oēs reges terre gl'iaʒ
tuā. ℣. Quoniaʒ edificauit dn̄s
ſyon: ⁊ videbit̄ in maieſtate ſua
Alla. ℣. Dn̄s regnauit exultet
terra: letent̄ inſule m̄lte. Scđʒ
matheū. viij. cap̄lo.
IN illo tpe: Cū deſcendiſſet
ieſus de monte: ſequute ſunt
eum turbe multe. Et ecce le-
proſus veniens adorabat euʒ
dicens: Dn̄e ſi vis potes me
mūdare. Et extēdēs manum
ieſus tetigit eū dicens: Uolo
Mūdare. Et ꝯfeſtiʒ mūdata
eſt lepra eius. Et ait illi ieſus
Uide nemini dixeris: ſʒ vade
oſtēde te ſacerdoti ⁊ offer mu
nus: qđ p̄cepit moyſes in te-
ſtimoniū illis. Cū autē intro-
iſſet capharnaū: acceſſit ad eū
centurio rogans eū ⁊ dicens:
Dn̄e puer meus iacet i domo
paralyticus ⁊ male torquet̄.
Et ait illi ieſus: Ego veniam
⁊ curabo eum. Et reſpondens
centurio ait: Dn̄e non ſum di
gnus vt intres ſub tectū meū
ſʒ tm̄ dic ꝟbo: ⁊ ſanabit̄ puer
meus. Naʒ ⁊ ego hō ſum ſub
ptāte ꝯſtitut⁹: hn̄s ſub me mi
lites. Et dico huic vade ⁊ va
dit: ⁊ alio veni ⁊ venit: ⁊ ſeruo
meo fac hoc ⁊ facit. Audiens
autē ieſus miratus eſt: ⁊ ſeq̄n
tibus ſe dixit. Amen dico vo
bis non inueni tantā fideʒ in
iſrael. Dico aūt vobis ꝙ mul
ti ab oriēte ⁊ occidente veniēt
⁊ recūbent cū abraaʒ yſaac ⁊
iacob in regno celorū. Filij āt
regni eijcient̄ in tenebras ex-
teriores. Ibi erit fletus ⁊ ſtri-
dor dentiū. Et dixit ieſus cen
turioni: Uade ⁊ ſicut credidi-
ſti fiat tibi. Et ſanat⁹ eſt puer
in illa hora. Offer. Dextera do
mini fecit virtuteʒ: dextera dn̄i
exaltauit me: nō moriar ſʒ viuā
⁊ narrabo opera dn̄i. Secreta.
HEc hoſtia q̄s dn̄e emun
det nr̄a delicta: et ad ſa-